
68
13 E
32

Digitized by Google

Digitized by Google

Breue S. D. N. D. Pii diuina prouidentia Papæ. IIII.

Quod banniti & homicidæ non audiantur niſi in carceribus conſtituti, Item ꝙ appellationes in cauſis fiſcalibus nõ admittantur, niſi facto actuali depoſito, Quodq; commiſſiones in eiſdem cauſis fiſcalibus, ſignari non poſſint, niſi citato Theſaurario illius Prouinciæ, de cuius intereſſe agetur.



PIVS PAPA IIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ET ſi cũcta, quæ ex multa Romanorũ Põtificũ prædeceſſorũ nrorũ prouidentia proceſſerunt, executioni debitę demãdanda eſſe cẽſemus, illa tamen præcipue, quæ ad ſalubrem tẽporalis ditionis Apoſtolicæ Sedis directionẽ, & ꝑ Cameræ Apoſtolicæ indẽnitate prudenter ordinata comperimus, vt illibata firmaq; perpetuo ſubſiſtant, libenter, non ſolum nr̃æ approbationis, verum etiam opportunæ innouationis munimine roboramus. Dudum ſiquidem cũ Fe. Re. Iulius Papa III prædeceſſor noſter, ex plurimorum fidedignorum relatione percepiſſet, multa homicidia ab octo præcipue ãnis, in prouincia noſtra tũc ſua Marchiæ Anchonitanæ perpetrata, ex eo præſertim quòd ipſi tam atrocis criminis Rei, per procuratorem defendi ſolebãt, & plerũq; ſub dolis cauillatiõibus abſolui, & quòd etiã tã à ſe ꝗ anteceſſoribus ſuis Romañ. Pontificibus, ꝑ cõmentitias, & minus veras narrationes, ac etiam ſub prætextu obtentæ pacis, abſolutionem, & caſſationem ſententiarũ, ac proceſſuum deſuper habitorum, impetrauiſſent. Quòd exemplo pleriq; ad hmõi homicidia perpetrãda procliuiores reddebant. Adeo vt non tantum in priuatos, & inimicos homines: ſed etiam in fratres, & alios ꝑpiquos, Prætores, & Officiales populorũ, & (quòd nimis graue erat) à Sacerdotibus manus impias nõ cõtinebãt. Dictus prædeceſſor, attẽdens quòd ex facilitate veniæ frequentius hmõi homicidia committebantur, ſalutareq; remedium in his adhibere volens, ſua firma, ſtabili, incommutabili, perpetuoq; duratura conſtitutione ſanciuit, & decreuit, Vt nullus in cauſa criminali, ex qua capitis vel ſanguinis, aut alia quæuis grauior arbitrio Iudicis pæna infligenda eſſet maxime in cauſa homicidij, per procuratorem, excuſatorem, defenſorem, vel vt quemlibet de populo, quouis pacto admitteretur, nec pater pro filio, nec Abbas pro monacho, nec Prælatus aut dominus pro ſubiecto, vel contra, audiretur niſi reus ſe ipſum prius in carcere conſtituiſſet, Et ſi forte Iudex aliqua ratione inductus, ad excuſandum Rei hmõi abſentiam vel innocentiam, ſeu aliam ob

cauſam

cauſam, aliquem ex prædictis duxiſſet admittendum, poſſet in quocunq; iudicij ſtatu, & inſtantia cauſæ etiam ad concluſionem deductæ, ac etiam poſt ſententiam, ſi reus ſupplicauiſſet, & in carcere conſtitutus innocentiam ſuam patefacere vellet (niſi forte extaret ſtatutum in loco; quod contumax haberetur pro confeſſo, quo caſu non audiretur niſi ex liquidiſſimis probationibus cõſtaret Iudici, prætenſum reum nõ commiſiſſe maleficium, ſuper quo habitus fuiſſet pro confeſſo, in vim fictæ confeſſionis ſtatutariæ) huiuſmodi criminis reũ, aut conuentum, coram ſe ad perſonaliter comparendum vocare, & tanq̃ veritatis conſcium in carceribus audire. Qui ſi forte venire diſtuliſſet, proceſſus & sẽtentia pro ipſo reo lata, & inde ſecuta quæcunq;, etiam Fiſco vel parte non agẽte, nullius eſſent roboris aut momenti, proſusq; pro infectis haberentur. Quinimo reus ipſe, pœnis iuris & conſtitutionum dictæ Prouinciæ, quemadmodũ ante proceſſum & ſententiã hmõi fuerat, eſſet obnoxius, quacunq; ipſius Prouinciæ conſuetudine (quæ corruptela rectius dici poterat) non obſtãte, Quod ipſum extendi voluit ad cauſas criminales præfatas, tã in curia Macciatẽſi, q̃ in aliis locorum dictæ prouinciæ Tribunalibus, in quacunq; inſtantia, etiã per appellationẽ pendentes, Dictæ præterea conſtitutioni, & ſanctioni adiecit, ꝙ ſi quis ſe, vel à Sede prædicta, vel à Legato de latere pro tpe dictæ prouinciæ, vel S. R. E. Camerario, hmõi veniam, & remiſſionem, ſententiarũq;, & proceſſuum deſuper habitorum abſolutionem, cancellationem, caſſationem, & integrã reſtitutionem, ſeu in priſtinum ſtatum repoſitionẽ impetrauiſſet, etã ſi in litteris ſuper hmõi abſolutione factis, certæ ſcientiæ, & proprij motus, aut quæuis aliæ inſolitæ clauſulæ apponerent, deberẽt litteras ipſas Legato, ſeu Gub. Locũteneti, Rectori, vel cuicunq; ipſius prouinciæ Præſidi exhibere, illiſq; exibitis, de illarum veritate, vel ſubreptione docere ipſeq; in carceribus, vel in alio loco pro carceribus aſſignando, vel, ſuperioris arbitrio, datis fideiuſſoribus, vocatis vocandis audiri, de veritate precum docere legittime, ac narrata in litteris ad gratiam obtinendam, & Principem leniendum & facilius inducendum, verificare, & ſuper ſubreptione vel obreptione impetratæ gratiæ, iudicio ſtare, Quibus nõ obſeruatis, vel eis in probatione deficientibus, veniam, remiſſionem, ſententiarumq; & proceſſuum deſuper habitorum abolitionem, cancellationem, caſſationem, reſtitutionem integram, ſeu in priſtinum repoſitionem, pro nullis nulliusq; ſtabilimenti habendas eſſe, eosq; ipſos, iuris, dictarumq; conſtitutionum, pœnis aſtrictos remanere voluit, & mandauit, dictis obtẽtis gratiis, & deſuper etiam in forma Breuis expeditis litteris, non obſtantibus, Et non ſolum remiſſiones deinceps faciendas, ſed ẽt litteras apoſtolicas in forma Breuis, aut alias iã obtentas, quæ non dũ effectũ cancellationis & caſſationis ſortitæ fuiſſent, ſub eadẽ conſtitutione comprehendi ſtatuit, ſuper quo nec ætas iunior annis viginti quinq;, homicidas ipſos excuſaret, & homicida ſic delinquens, qui vigeſimũ annum ſuæ ætatis attigiſſet, haberetur, & reputaretur pro maiori in oĩbus præmiſſis delictis, nec propterea pœnis iuris, conſtitutionum, vel ſtatutorum eximeretur, vel liberaretur nec apud Iudicem minoris ætatis hmõi, conſideratio alicuius eſſet momenti. Decernens irritũ, & inane quicquid cõtra præmiſſa ſeu eorũ aliquod attentaret, vel quicquid etiã à Legato de latere, ſeu à quouis alio dictæ Prouinciæ Rectore in derogationem, modificationẽ, ſeu quãlibet aliã diſpenſationem oĩum, & ſingulorũ præmiſſorum, in poſterum contingiſſet attentari, ſine ſua expreſſa licentia, q̃ in ſcriptis oſtendi poſſet, Nec lr̃as apoſtolicas ãſe, vel Sede prædicta pro tpe concedendas, contra præmiſſas, aut eorum aliquid cuiq̃

ſuffragari

ſuffragari voluit, niſi per trinas litteras interpolate emanatas, ſuæ conſtitutio/ni huiuſmodi in ſpecie de verbo ad verbum, & ſpecialiter fuiſſet derogatum, il/laſq; contra mentē ſuā,& dictæ Sedis fore conceſſas,ex tūc declarauit.Et deinde piç me. Paulus Papa.III.etiā prædeceſſor noſter per eū ex plurium fidedignorū teſtimonio accepto, ꝙ nonnulli Ciuitatū,Terrarū,ac locorū eidem.R.E. media te &, īmediate ſubiectorum, & præſertim Prouinciæ nr̄æ Romandiolæ,ad eui tandum, ſeu differendum pęnarū condēnatiōēs,& ſolutiones ad appelationes etiā friuolas, plerūq; recurrebant,cauſaſq; appellationū hm̄oi, corā diuerſis Iu/dicibus ordinarijs,& delegatis, etiam in Ro. Cu. ꝑ diuerſa reſcipta,à ſe,vel à Si/gnatura ſua iuſtitiæ extorta: introduci procurabant, cōtra formā diuerſarū cō/ſtitutionū plurimorum, præſertim Iulij prædicti, ac recol. me. Leonis.x. & Cle/mentis.vij.etiam Ro. Pont. prædeceſſorum ſuorum,quibus inter alia cautū fue rat, ꝙ appellationes in cauſis condēnationū.,& fiſcalibus, niſi facto depoſito pæ næ,ad quā appellans fuiſſe cōdēnatusnō admitti potuiſſent:ſed ad pœnç hm̄oi exactionē ꝓcedi debuiſſet, Idcirco idē Paulus prædeceſſor indēnitati Cameræ Apoſtolicæ hm̄oi in quantū potuit prouidere cupiens,per alias ſuas lr̄as, Motu proprio, & ex certa ſcientia,cōſtitutiones prçfatas,& in eis contenta quæcūq;,cō firmauit,& approbauit,illasq; in quantū opus eſſet innouauit. Et nihilominus Motu,& ſcientia ſimilibus, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine de nouo ſta tuit,& ordinauit, ꝙ nullç appellationes, & prouocationes in cauſis criminalib. ſeu mixtis,ac Fiſcum,& Camerā Apoſtolicā quōlibet cōcernentes,non facto de poſito pęnæ in qua delinquētes,aut illi qui ꝓ delinquētibus ipſis fideiuſſiſſent vel ex contractu quo quomodo cōdēnandi venirēt, aut eatenus condēnati fuiſ/ſent, recipi,& admitti poſſent:ſed appellationes,&ꝓuocationes in cauſis hm̄oi interpoſitas,& in futurū interponēdas, ac appellantes ipſos reici debere, illaſq; ac quæcunq; reſcripta, & cōmiſſiones ſimilium cauſarum,ad cuiuſuis inſtantiā per quēcunq; ad cōmiſſiones Signaturæ iuſtitiæ ſignandas deputatū,etiā per ſe & ſucceſſores ſuos Ro. Pont. eatenus ſignatas, & in futurum ſignādas,nō facto dicto depoſito,nullius fore,& eſſe roboris,vel momenti. Sed illis nō obſtātibus ad vlteriora in cauſis ipſis, vſq; ad pęnarū prædictarū effectualē exactionem, procedi debere, mādauit. Et inſuper ꝙ nullæ cōmiſſiones Fiſcū,& Camerā Apo ſtolicā quōlibet concernentes, ꝑ quēcunq; à ſe,& Sede apoſtolica ad cōmiſſiōes in Signatura iuſtitiç ſignandas,vt præfertur deputatū,nec etiā per ſe,& ſucceſſo res ſuos prædictos ſignari poſſent,niſi Fiſci,& Cameræ præfatç.Procuratore, & Theſaurario ꝓuinciç de cuius etiā intereſſe ageretur,ſi in Ro. Cu. prçſens foret citatis,& aliter ſignatæ, nullius roboris,vel momēti eſſent,prout in ſingulis lr̄is præfatis plenius continetur. Nos igitur,ne lr̄æ prædictæ,ex eo quòd illarū exe/cutio,ab aliquibus fieri neglecta fuit,ſeu propter eorū forſan nō vſum,in deſue tudinem abijſſe, à quoquā prætendi,ſeu aliter quōlibet allegari,deq; earum vi ribus hæſitari cōtingāt:ſed illæ(vt par eſt) ſuos debitos ſortiant effectus, & ab omnibus obſeruent, prouidere volentes, Motu,& ſcientia ſimilibus, præfatas & alias quaſcunq; (quarū,& inde ſecutorū quorūcunq;, aliorūq; circa præmiſ/ſa latius, etiā de neceſſitate exprimēdorū tenores, ac ſi de verbo ad verbū ſimili/ter inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus) aliorū prædeceſſorum nr̄orum ſup p̄miſſis,tam ſub plumbo q̄ in forma Breuis editas lr̄as,& in eis contenta,ac inde ſequuta quæcunq; Apoſtolica auctoritate, teno/re præſentium approbamus,& confirmamus,eiſq; Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus,ac ea valere, perpetuaq; roboris firmitate ſubſiſtere, ac ſuos effectus

plene ſortiri,& ab õibus quos illa cõcernũt, & cõcernerẽ poterũt quõlibet ĩ futu
rũ, integre obſeruari debere, decernimus, oẽſq; & ſingulos, tam iuris,q̃ facti de
fectus, ſiqui forſan tunc inte ruenerint in eiſdẽ ſup plemus. Et nihilominus mo
tu, ſcientia,& au ctor itate præfatis, p hãc nrãm cõſtitutionẽ in perpetuũ valitu
rã, ſtatuimus,& ord inamus. Quòd nullus in pænã capitis condẽnatus qui ſub
prætextu q ipſe aliquẽ bannitum occiderit,aut alias quouiſmodo ad manus cu
riæ puenire fecerit,& p pterea à dicta pęna capitis ĩ q̃ cõdẽnatus fuit,liberari, &
abſolui debere , aut aliũ bãnitum p ipſum condẽnatũ nominãdũ, iuxta formã
bãnimentorũ deſuper emanatorũ remittere poſſe prætendit, p procuratorẽ,ex
cuſatorem,defenſorẽ,vel vt quẽlibet de populo,audiri,vel admitti poſſit,aut de
beat,niſi prius reus ipſe,qui liberationẽ,aut abſolutionẽ,vel nominationẽ,& re
miſſionẽ hmõi,cõſequi,aut fieri poſſe,vel deberẽ ptendit,ſe ipſum in carceribus
iuxta formã lrãrum Iulij ſecũdi pdeceſſoris nri hmõi, perſonaliter conſtituerit.
Quòdq; lrĩs pdictis,& huic nrĩæ diſpoſitioni,niſi de ipſis clara,& expreſſa men-
tione facta,& per nrãm,& ſucceſſorũ nrõrũ Ro. Pont. manus ppriæ ſignaturã
derogari nõ poſſit. Sicq; , & nõ aliter in oĩbus,& ſingulis præmiſsis,ac tã pſenti
bus,& pendẽtibus q̃ futuris cauſis,& litibus, p quoſcũq; Iudices,etiã S.R.E.Car
dinales,& de latere Legatos,ac Palatij Apoſtolici cauſarũ Auditores,ſublata eis
& eorũ cuilibet aliter iudicãdi,& interp̃tãdi facultate,& auctoritate,iudicari de-
bere. Ac quicquid cõtra præſentium tenorẽ contigerit attẽptari,irritũ, & inna-
ne decernimus. Non obſtantibus cõſtitutionibus,& ordinatiõibus apoſtolicis
& prouĩciæ nrĩæ Marchiæ Anconitanæ, ſtatutis,& cõſuetudinibus, ẽt iuramẽto
cõfirmatione apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,priuilegijs quoq; , ĩ
dultis,& lrĩs apoſtolicis,illi,ac Ciuitatibus,Terris,& locis pfatis, eorũq; Guber-
natoribus,& Cõmunitatibus , ſub quibuſcũq; verborũ formis, & tenoribus, ac
cũ quibuſuis clauſulis,& decretis , in genere,vel in ſpecie,ẽt Motu,& ſcientia ſi-
milibus,cõceſſis,etiã iteratis vicibus approbatis,& innouatis. Quibus omnibus
(illorũ tenores,ac ſi de verbo ad verbũ inſererẽtur pſentibus, pro ſufficiẽter exp̃ſ
ſis habentes) illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter,
& expreſſe derogamus. Cæteriſq; contrarijs quibuſcũq;. Volumus autẽ q pſen-
tiũ tranſumptis,etiã impreſſis,manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis,& Sigil
lo alicuius pſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem prorſus fi
des in Iudicio,& extra, tã in dicta Curia q̃ extra eã,vbilibet adhibeatur, quæ pſe n
tibus adhiberetur,ſi forẽt exhibitæ,vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud ſanctũ Petrũ
ſub annulo Piſcatoris, Die x. Aprilis . M . D . L . X I I . Pont. Nri. Anno Tertio.

B. Melchiorius.
V. Macharanus.

Anno a natiuitate Domini 1562. indictione quinta, die vero xxii. Menſis Maii; Pont. S. in Chriſto Patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. anno tertio ſupraſcriptæ literæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Baſilicarum Principis Apoſtolorũ, & S. Ioannis Lateraneñ. de Vrbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, & illis amotis, copiæ earundem affixæ in dictis locis dimiſſæ fuerunt, per nos Bernardinum Andreutium, & Iulium Parinum Curſores Apoſtolicos.

Honofrius Montargul magiſter Curſorum.

Digitized by Google

Digitized by Google